



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Privilegium Cæsareum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS divinâ favente Clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, & Bohemiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore presentium universis, quod cum nobis nostri & S. R. Imperii fideles dilecti Wilh. & Franc. METTERNICH Cives & Bibliopola Colonienfes humillimè exposuerint, quem in modum Opera omnia HENRICI ZOESII Civilia & Canonica aucta & correctiora accuratius Typis exscribere & propriis suis sumptibus recudere proferreque construerint, Vereantur autem, ne æmulum invidia novam hanc editionem imitantium sese impendii & laboris sui fructu frustrantur; ideoque nobis demissè supplicarunt, quatenus in demeritati eorum privilegio nostro Cæsareo clementer consulere dignaremur, &c. Proinde mandantes omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopægis aliisque rem seu negotiationem librariam exercentibus seriò & districtè sub pœna decem marcarum auri puri amissionisque Exemplarium inhibentes, ne quisquam eorum præter præfatos impetrantes proximo sexennio a prima novissimæ editionis die computando dicta opera HENRICI ZOESII Civilia & Canonica aucta & correctiora vel quovis modo mutata intra Sacri Imperii Regnorum ac Provinciarum nostrarum Hæreditariarum fines eodem aut alio typo vel forma, aut sub quovis vel additionis, correctionis, aliore prætextu, sive in toto sive in parte recudere vel alit recudenda dare, aliosuravè impressa apportare, vendere vel distrahere, citra voluntatem & absque ipsorum Hæredum & Successorum expresso & in scriptis obtento consensu & licentiâ præsumat. Si quis verò secus faciendo Privilegium hoc nostrum seu interdictum quovis modo transgredi, violare & contemnere deprehendatur, eum non solum hujusmodi libris, ubicunque locorum repertis, perperam quippe recufis, seu apportatis (quos dicti impetrantes Wilh. & Franc. METTERNICH sive proprio, sive Magistratus eius loci auxilio atque auctoritate sibi vindicare poterunt) de facto privandum, sed & supradicta pœna ex dimidia Fisco seu ærario nostro Imperiali ex altera verò parti læsæ inferenda & pendenda, omni spe veniæ sublata multandum decernimus, dummodo tamen prædicta Opera nihil bonis moribus, Orthodoxæque fidei contrarium, ad aliorum verò Bibliopolarum & Typographorum cautelam, tenorem hujus nostri Privilegii in fronte præimpressum contineant & quætera eius Exemplaria quam primum post ipsam novam editionem impetrantium sumptibus ad Cancellariam nostram Imperialem aulicam transmittantur, Mandamus ergo, &c. uti latius patet in litteris datis Viennæ die primâ Mensis Aprilis 1683.

LEOPOLDVS.

Vt LEOPOLDVS GVILLIELMVS
Comes in Kinigsegg.

(L. S.)

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis
proprium
JOANNES PROBST, mpp.

HEN-